immane, truculentum, aſperum inuitus præſagit a-
nimus, quoties vos o filij ò dulces animæ, quoties
intueor, redeunt remitar licèt, redeunt tamen,
lacrymarum riui, aut quia prò vobis quos ge-
mere ætas calamitatis ignara prohibet, aut
quia pronunciant hæ pluuiæ aliquam nouam
tonantis fati tempeſtatem, Vereor enim ne
poſtquam quod in me feriant cælites non in-
uenient in vos conuertant iras nimirum ut
etiam noſter animus pænarum in vris ſuppli-
cijs non ſit expers, quidquid id eſt Vereor geni-
toris nomen, Vereor et filiorum nomen, timeo
ne hoc fulmine ad penitus laniandum Sedeciam
vtantur fata. Si itaque ò Imperator licet vl-
terius in innocentem furere, Vos uos ò Cælites
obteſtor (facile eſt quod petimus, mortem roga-
mus) uos quidquid colligit inimica Regis ca-
ptiui fortuna id omne in me ruat, caput immo-
tum ut Regem decet præbebo, Subducantur
Solùm, ecquid dubitatis? Subducantur inno-
centes, Scelus luere non debet qui non fecit
reus pænas non rei affines dant, inultum eſt